



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1628. usque ad annum 1634

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1778

VD18 90118871

§. 27. Nuptiæ Ferdinandi III. Hungariæ Regis cum Maria Philippi IV. Regis Sorore.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67394](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67394)

Abbatibus, ut Provinciæ nomine, cen- Sæc. XVII.
sus conferrent, præcepit, omnesque A. C. 1631.
eorum proventus detineri, ablatisque
clavibus ex granariis frumentum di-
vendi jussit, pariter, ne ex sylvis suis
arbores cæderent, vel venderent, in-
hibuit, cunctosque Abbates vi compu-
lit, ut salario Prædicantibus numera-
rent. Paulopost in Altorffensi oppido
Lutherani Sacerdotem Catholicum,
eo quod monitus e Cathedra descendere
renuerit, pedibus inde raptarunt.

§. XXVII.

*Nuptiae Ferdinandi III. Hungariae
Regis cum Maria Philippi IV.
Regis Sorore.*

Interim Maria Philippi III. Hispaniae *Khevenhill.*
Regis Filia, olim Carolo Walliae *Annal. Ferd.*
Principi destinata nunc vero meliori *t. II. p. 486.*
forte Ferdinando III. Hungariæ Regi *Lotich. rer.*
desponsata, iter ex Hispania Viennam *Germ. c. I.*
intenderat. Jamjam die vigesima quin- *Brachel. hist.*
p. 179. l. 4.
ta Aprilis anno hujus saeculi vigesimo
nono Madriti Regia Sponsa per Alphon-
sum Perez de Gufman Indiarum Pa-
triarcham solemni precatione præfato
Hungariæ Regi matrimonio juncta erat:
ingruentibus tamen variis obstaculis
ejusdem discessus usque ad diem vi-
gesimam sextam Decembris differeba-
Hist. Eccles. Tom. LIX. *Hh* *tur,*

Sæc. XVII. tur, qua tandem die Madrito profecta
A. C. 1631. est, comitantibus eam ipso Rege Phi-
lippo IV. ejusque duobus Fratribus,
aliisque primæ Nobilitatis Proceribus,
atque Ecclesiasticis quamplurimis, quo
inter numerabatur etiam Joannes de
Palafox, Zeli Apostolici, scientiæ &
sanctitatis fama longe celeberrimus
qui Reginæ a Sacellis, eandem uni-
cum fratre suo Marchione de Harin
Viennam usque comitabatur. Die octo-
va Februarii Barcinnonem advenit
Sponsa, inde vero duodecima Junii
solvens, decima nona ejusdem Mes-
sis in Genuensem portum invecta est.
Eo Pontifex Antonium Cardinalen
Barbarinum Nepotem suum Reginam
salutatum decreverat, peste autem
Mediolani ac Bononiæ graffante Car-
inalis Spinola, qui tum Genuæ age-
bat, hoc obsequii genus deferre jube-
batur: tum vero Pontifex per Savo-
lium Principem ex Dietrichsteinio Ca-
dinale, & Khevenhillero Comite scilicet
tabatur, utrum Regina Legatum Po-
nificantium novo nomine *Eminentissimi* ho-
norare intenderet? cui tamen respon-
sum, quod novum Pontificis decretum
nec Cæsareos nec Regios Principes con-
cerneret, aliunde vero Cæsar, qui
hac in re agere vellet, nondum decre-
visset. Tandem vero Regina die octau-

Augusti Neapolin concessit, ubi usque Sæc. XVII.
ad decimam octavam Decembris com- A. C. 1631.
morata, terrestri itinere Lauretum pe-
tit, ibi a Thadæo Barberino, nomine
Pontificis Regio curru excepta, die de-
cima tertia Januarii hoc anno Anco-
nam, ac inde Tergestum die vigesima
sexta ejusdem Mensis pervenit, ubi ab
Archiduce Leopoldo salutata per Ca-
rinthiam & Styriam tandem die vigesi-
ma sexta Februarii Viennam deducta
est; proxima autem die matrimonium
inter Regios sponsos mutuo consensu
confirmatum fuit, bene precante Le-
gato Apostolico Dietrichsteinio Cardi-
nale, & Cæsare, totaque familia Au-
gustissima præsentibus. Festivæ hujus
solemnitatis lætitiam non parum inter-
turbabant crebræ Turcarum in Hunga-
riam irruptiones; nuntiatum enim e-
rat, quod hi violata nupera pace tri-
ginta pagos incendio devastarint, ac
inhumana crudelitate plusquam duo
Christianorum millia in duram servi-
tatem abstraxerint. Accesserat insuper
ad mæstitez cumulum Cæsareorum cla-
des, quam Georgius Ragotsius novus
Transylvaniæ usurpator Turcarum co-
piis suffultus, Esterhasio Hungariæ Pa-
latinus intulerat.

Hh 2

§. XXVIII.